

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gloria eterna ai  
cum uariis

Corona duodecim stellarum in patria: prima stella memoria sine obliuione; secunda racio sine errore; tercia uoluntas sine omni perturbacione; quarta impassibilitas in quam corpus nostrum surget sine corruptione; quinta claritas qua configurabitur claritati corporis Christi; sexta agilitas ut secundum mobilitatem cogitationum nostrarum fit agile; septima subtilitas ut quantumlibet spissum uel solidum ei penetrabile; octaua est diligere proximum suum in omni ueritate tanquam seipsum; nona est uidere proximum suum in omni puritate diligentem se sicut diligit semetipsum; decima est Deum perfecte diligere, scilicet plusquam seipsum; undecima est diligere seipsum tantummodo propter Deum; duodecima est uidere Deum diligentem se supra quam diligat seipsum.

Bernardus in quodam sermone.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

in quam] in quantum C, inquam V<sup>2</sup>, in qua L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; claritas] charitas L<sup>2</sup>; fit] sit M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ei penetrabile] erit inpenetrabile P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; omni *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; semetipsum] tantummodo propter Deum *add. (del. sub lin.)* C; scilicet] sed P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; supra quam] supra quem P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>